



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

113. An si Testator dicat, ut Capellania conferatur Sacerdoti, conferri  
possit Clerico minorum Ordinum? Et an saltem pro una, vel altera vice  
possit Episcopus dispensare supradictam qualitatem. Ex ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

372 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

loquitur absolute prohibendo ne assumatur ad beneficium minor, quatuordecim annorum. Sed ad hoc respondeat Novarius *vbi supra*, ut visum est, & secundum sententiam Nouarii discessit Rotam Romanam in una Gerunden, beneficij, 12. Iunij 1579, coram Lancelloto; præter Nouarium testatur Garsias *de beneficio* tom. 2. part. 7. c. 4. n. 70. & habetur etiam hæc decisio in nouiss. decisi. 4. 2. n. 3. in fine, part. 1. & ita etiam non usquam hanc sententiam contra Ricciuum, & alios teat idem Nouarius *in novo iur. Pont. concl. 14. n. 7.*

3. Notandum est tamen hic obiter, non opere  
esse expletum quartumdecimum annum ad obtinen-  
dum simplex beneficium, ut notant Henr. l. 10. n. 19.  
n. 2. Galleti in *margarita cas.* *Conſa. ver.* *beneficium*  
n. 4. Velascus *tom. 1. alleg. 8.* Campanili in *diner. invi-*  
*can. rub. 7. c. 6. n. 2.* Gonzalez *reg. 8. Cancell. gloss.* n. 90  
Azorius *part. 2. lib. 6. c. 5. q. 7. & alij.* Sufficit igitur an-  
num 14. esse coepit; quidquid in contrarium af-  
ferat Tufchus concil. 3. s. 8. n. 10. & 15. litera E, Mando-  
sius de *estate minorum* c. 4. n. 5.

RESOL. CXIII.

*An si Testator dicat, ut Capellania conferatur Sacerdoti, conferri possit Clerico minorum Ordinum? Et an saltem prouna, vel altera vice possit Episcopus dispensare supra dictam qualitatem? Ex p. 4 tr. 4 & Misc. Rel. 227.*

§. 1. **N**egatiuè respondet Barbosa de potest.  
*Episcop. pari. 2. allegat. 44. num. 17. & seq.*  
Castris Palauis tom. 2. tract. 1. 3. disp. 1. punct. 6. n. 1. 2. &  
ali, quia praefundans dicit habere qualitatem à fun-  
datore requisitam; sed fundator dixit, Capellaniam  
est conferendam Sacerdoti; ergo si hæc qualitate ca-  
ret, non potest eligi, neque valet dicere habent illam ap-  
titudinem, quia hoc non est propriè habere illam.

2. Verum ego sine vlo metu contraria sententiam in praxi sequi posse existimo, quam tuetur Perez de Lara de *Capellania lib. 2. cap. 5. num. 16.* Gratianus in *discept. forens. cap. 133. num. 1. & seq.* Parisius de *resign. beneficiorum lib. 3. quest. 9. num. 5.* Gonzalez in *Regul. Cancel. 8. gloss. 5. num. 74. & 104.* cum aliis penes ipsos, quando testator disponit per verba affirmativa, ut si diceret instituatur Capellanus Sacerdos, qui Missas celebet secus autem si disponeret per verba negativa, dicens: ut nullus alius, nisi qui actu Sacerdos sit instituatur, quia illa verba aptitudinem significant, non actum, nempe illam Capellaniam Ordinem facerdotalem habere annexum, & esse facerdotalem, & ideo sicut beneficium parochiale, & Canoniciatus facerdotales habent annexum Ordinem facerdotalem & hoc non obstante, quando aliqui conferuntur, non est necesse, ut actu Sacerdos sit, sed sufficit esse aptitudine ut intra annum à die adeptæ possessionis Sacerdos ordinetur, sic in nostro casu potest conferiri Capellania non Sacerdoti, dummodo habilis sit intra annum Sacerdos esse.

3. Notandum & etiam hic à fortiori contra Lambertinum de *inrepator.* *par. 1. lib. 2. q. 7. art. 27.* Gutierrez *confil.* *1. num. 11.* & *confil. 2. n. 15.* Azorium *p. 2. lib. 6. cap. 24. q. 3.* Rodriguez *qq. Regul. tom. 2. q. 11.2. art. 2.* & alios, quod si teatator dicat: Institutatur Capellanus qui Missas Celebraret, ex istis verbis non interfur Capellaniam, actu vel aptitudine proxima debere esse facerdotalem sed conferri posse cuique constituta in aetate 14. annorum. Ita Lara, Gonzales, &c. Barbofa, quos citat, & sequitur Cautius Palanus *loc. cit. 18.* quia si predicta verba solum significant Capellananum adfractum esse Celebrare, fed huic obligacione potest per alium satisfacere ergo, &c. & ideo nisi

fundator dixerit, ut Capellanus teneatur per se ipsum Missas celebrare, & non per substitutum, poterit patronus presentare Clericum beneficij simplicis capacem. Et ita etiam ego docui in par. 2. 17. 14. ref. 18.

4. Et tandem pro coronide huius resolutionis  
nota quod ponendo aliquam Capellaniæ actu, vel ha-  
bita sacerdotali esse, ex consensu heraldis posset  
Episcopos supra dictam qualitatem, saltem pro vna,  
vel altera vice dispensare, ut conferatur Clerico 14.  
annorum, secundum Aldephonsum de Lara de Capel-  
laniæ lib.2. cap.5. à num.3. Cuchus in insitu. lib.2.  
tit.9. num.62. Vgolinius de offic. Episcopor. cap.61. n.7.  
Abbas, Imola, Felinus, Nautarins, Rebuffus, Zeto-  
la, Zecchius, Leo, Sà, Lambertinus, quos citat Ca-  
stetus Palatus *obi supra* num.21. licet ipse num.22. con-  
trarium sentiat cum Guttierie *confil.* I. n.19. Garzia  
de benefic. 1002. part.7. cap.1. à num.107. quibus  
ego addo Monetam de commun. vlt. volum. cap.5.  
num.302. Riccini collect.15. Barbofani in collect.  
*D.D. Super Concil. Trident.* *eff.12. cap. 7. num.7.* &  
alios penes ipsos rationem adducentes, quia  
Concilium Tridentinum *eff.25. de reformat.* cap.5.  
prohibet Episcopis, etiam cum consensu patroni,  
tollerare qualitates in fundatione beneficiorum appo-  
fitas.

RESOL. CXIV.

*An obligatio eligendi digniorum extendatur etiam ad resignantem beneficium sum in favorem alterius?*  
*Et an Collator peccet acquiescendo resignationi minus digno, relatio dignior? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 41.*

S. I. **N**auarritus in *Miscellan.* 38. num. 7. Sot. de  
inf. lib. 3. q. 6. art. 2. in fin, et nouissime P.  
Vasquez opus de beneficio cap. 2. § 4. dub. 7. num. 100,  
ascrunt extendi. Vnde Vasquez ait: Causae debent  
renuntiantes, ne praetextu consanguinitatis, vel alia  
via, praetextu maiorum penfis renuntiant bene-  
ficium indigno, aut saltē minus digno. Ut enim  
suprā diximus, sicut & electores, ita & renuntian-  
tes tenentur consideratis omnibus, digniori eli-  
gere, in quo forsan plura peccata committuntur,  
quam aduentantur. Hæc Vasquez, satis quidem  
rigide.

2. Opinio igitur contraria amplectenda ministratur, & amplexus sunt Regin. tom. 1. lib. 30. uad. 3. cap. 14. n. 17. Lessius lib. 2. c. 34. dub. 13. num. 61. & Malderinus in 2.2. tralib. 9. c. 2. dub. 7. qui citat Caetanum, Sà, & Salonium. Et ratio est quia cum iste religians non sit distributor, si iure permittatur in fauorem resignare, potest resignare digno, cui voluntarius; neque hic est locus concusui, tanquam ad commune bonum, ex parte tortius distribuendum, sed pars parti ius suum transfert. Vnde patet, etiam tunc collatorem non peccaturum aquiescendo resignationi minus digno, relieto dignior: & sic Petrus de Aragona in 2.2. q. 63. art. 2. ait hanc sententiam esse conformem praxi receptæ, etiam ipsis Summi Pontificis.

RESOL. CXV.

*An Episcopi post resignacionem alicuius beneficij far  
tam in eorum manibus possint illud conferre  
suis, vel resignantis familiaribus, affinibus,  
etc.*